



1. Vaticana Jur. Rom. fragmenta typ. m. ephem. quae Them. nomine public. editores. Parisiis 1823

2. Theodosiani Codicis genuini fragm. edid. W. F. Clossius Tubing. 1824.

VATICANA

JURIS ROMANI

FRAGMENTA,

ROMÆ NUPER AB ANGELO MAIO DETECTA ET EDITA,

GALLICIS TYPIS MANDAVERUNT

EPHEMERIDUM QUÆ THEMIDIS NOMINE PUBLICANTUR,

EDITORES.

PARISIIS,

APUD FANJAT, NATU MAJOREM, BIBLIOPOLAM, VIA VULGO DICTA *Rue Christine*, n° 3.

DÉCEMBRE 1823.

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/vaticanajurisrom00maia

LECTORI BENEVOLO.

TEXTUS juridicos gallicis typis edendos curavimus, qui præcipuum obtinent locum inter eos quos nuper detexit et edidit vir doctissimus Angelus Maïus, bibliothecæ Vaticanæ præfectus; cujus exemplum in hâc nostrâ editione omnino imitati sumus. — Cæterum, undè et quomodo hæc Ante-Justinianei juris fragmenta in lucem prodierint, et quænam iis, in palimpsesto, ubi latebant, accesserint, ipse docebit:

Palimpsestus vaticanus.

« Est in sinibus bibliothecae Vaticanae reconditus latinus codex membraneus, litteris partim quadratis, saeculi ferme octavi, praenotatus numero VMDCCLXVI, qui sanctorum Aegypti anachoretarum collationes auctore Cassiano continet. Exemplar initio hiat, qua de re in ipso bibliothecae syllabo admonemur: incipit nimirum in collatione quarta cap. XII, cuius tamen verba priora desunt: desinit autem in decima; quo fit ut codex quartam operis partem complectatur.

« Quin hic codex e bibliotheca Bobiensi ad nos venerit, dubitare non licet, quamquam eius monasterii non habet inscriptionem, propterea quod priora folia, ut dixi, amisit. Re autem vera *Pa-*

trum collationes recensentur in vetere bibliothecae Bobiensis catalogo, quem edidit Muratorius (1). Tum forma, et stemma, et ornatus, et reliquorum Bobiensium proximus comitatus, Bobiensem patriam undique clamant. Quae res eo fit evidentior, quod reliquiae, ibidem cum antiquiore iure latentes, corporis Theodosiani (de quibus infra loquendum erit), eadem manu scribi videntur, qua pars fragmentorum Taurinensium eiusdem corporis, quorum membranas de Bobiensi coenobio translatas fuisse novimus.

« Constat codex chartis omnino centum, quarum tres supra quadraginta, ante scriptum ibi Cassianum, purae erant : reliquae ad id genus membranarum pertinent, quae antiquissimis temporibus scriptae, mox vastitati addictae fuerunt, ita ut, priore argumento eluto, novum acceperint.—Quae purae erant membranae, eas monachus scriptor formae oblongae fieri curavit : deficientibus autem puris, tres codices civilis iuris discerpsit, iisque, dilutis ac pro sua praesenti necessitate circumcisis et complicatis, abusus est. Quae res, quia paulo longiorem postulat orationem, particulatim a me dicetur.

(1) Antiq. Ital. med. aev., T. III. p. 819.

« Tria, ut dixi, fuerunt iuris volumina, quibus manus exitiosas Bobiensis librarius attulit, quum Patrum collationes scriberet. Primum est volumen inediti eius operis quod nunc in lucem profertur: codex nimirum quadratus olim, grandiorisque modi, ita ut singulae paginae versus XXXII, eosque praelongos, complectantur. Ex hoc amplissimo codice membranas multas ad suos usus vocavit is qui Cassiani opus descripsit: quas nimirum membranas non solum lauit, ob rescribendum, verum eas scidit, nempe ex singulis foliis paribus plura fecit, par unum videlicet, simplexque unum: hic enim erat modulus ad novum librum oblongum accommodatior. Porro haec incisorum foliorum frusta partim in novo codice, quamquam satis perturbata, adsuta fuerunt; quae nunc denuo ad suas sedes retracta iuxtaque posita coalescunt, ita ut ipsa litterarum elementa cultro olim dissecta, nunc rursus coeant atque in integritatem suam vindicentur. Multa pars tamen incisorum foliorum in codice non est retenta: cuius mali culpam fortuna sustinet; eoque maiorem, quod, his fragmentis exceptis, moles reliqua immensi fortasse operis universum ius complectentis, in Bobiensibus forulis extabuisse videtur. Interim quam in manibus habeo partem

De palimpsesti ea parte in qua sunt reliquiae ineditae iuris.

operis diligenti studio expoliendam sarciendamque curavi, dedique operam ut liber meus imaginem veluti restituti codicis exhiberet: paginarum scilicet notas adscripsi, versiculos adnumeravi, lineaque suspensa distinxi: foliorum vero incisionem, ubi scilicet nunc vulnus coit, duplici linea designavi; triplici autem transitiones ad aliam paginam; punctis denique materiae defectum.

De ratione partium ordinandarum.

« Iam ob partes perturbatissimi operis recte ordinandas, qui labor edendorum palimpsestorum molestissimus est, usus in primis sum quaternionum notis, quarum aliquot in membranis superstites esse videbam, nempe VI. XV. XXVII. XXVIII. Igitur titulum *ex empto et vendito* primum posui, quia in VI quaternione est: mox titulum *de usufructu*, qui est in quaternione XV, secundum feci. Titulum vero *de re uxoria ac dotibus* statim certa auctoritate subtexui, quia prius eius folium cum folio extremo *de usufructu* cohaeret. Exin scripsi titulum *de excusatione*, qui est in quaternione XXVII, bonum sane fragmentum, quia superest quaternio integer, dempto sesquifolio, seu paginis duabus et totidem aliarum dimidiis partibus. Exin collocandi fuerunt tituli *quando donator* etc. et *de donationibus*

ad legem Cinciam, quorum uterque in quaternione XXVIIII scribitur, praeclarum rursus fragmentum et adhuc paulo maius, quia quaternio nonnisi quatuor paginarum dimidias partes desiderat. Fragmentum denique *de cognitoribus et procuratoribus*, quod nulla nota numerali insignitur, extremum collocavi. — En autem ordinatarum paginarum imaginem. Signum ⌣ foliorum parium cohaerentiam indicat; signum || foliorum abscissorum redintegratam continuitatem; asteriscus denique folia mutila.

Q. VI. pag. 60. b. a. ⌣61. b. * a. *	) Ex empto et ven-	
(Q. VII. 58. b. a. ⌣63. b. * a. *	) dito.	
Q. XV. 88. b. a.‖87. b. a.⌣85. b. a.	) De usufructu.	
98. b. * a. * ⌣98. aa. * bb. *	)	
(Q. XVI? (96. a. b.‖95. a. b.⌣91. a. b.	) De usufructu.	
(Q. XVII?) 99. b. * a. *	) *Item* de re uxo-	
	) ria ac dotibus.	
Q. XXVII. 82. a. b. ⌣89. a. b.‖84. b. a.	)	
97. a. b.‖92. b. a.⌣90. a. b.	) De excusatione.	
.....100. b. * a. *	)	
94. b. * a. * ⌣93. b. a.	)	
Q. XXVIIII. 21. b. a‖86. b. a.⌣20. b. a.	) Quando dona-	
23. b. * a. * ⌣18. b. a.	) tor intellegatur	
19. a. b. ⌣22. a. * b. *	) revocasse volun-	
17. b. a.‖85. a. b.⌣24. b. a.	) tatem. *Item* de	
	) donationibus ad	
	) legem Cinciam.	
(Q. XXV.) 62. b. a. ⌣59. b. * a *	) De cognitoribus	
	) et procuratori-	
	) bus.	

« Sunt igitur partes quaternionum octo; paginae autem quinquaginta sex; quarum viginti mutilae; integrae triginta sex.

De aetate et natura iuridici huius operis.

« Sequitur ut vestigem quodnam genus iuridici operis in his membranis supersit, quaeque eius aetas esse videatur. Ad hanc quod attinet, quando quidem, in tam copiosis reliquiis, nulla mentio est Theodosiani codicis vel pandectarum Iustiniani, nullusque auctor vel Caesar Valentiniano seniore posterior commemoratur; quum tamen Gregorianus et Hermogenianus codices haud semel laudentur; mihi satis exploratum videtur, aetatem huius operis incidere in illud tempus quod ab Hermogeniani codicis editione ad Theodosiani collectionem excurrit. Certe legum quae in Vaticanis fragmentis occurrunt, recentissima omnium est [1] quae datur anno sexto Valentiniani senioris, Christi videlicet CCCLXVIIII. —De operis autem genere, quis non meminit, quot ante Iustinianum commemorentur digesta seu pandectae quas magni nominis homines ob iuvanda discentium studia confecerant? Praeter quam quod ipse Theodosius de pandectis instruendis cogitavisse videtur. Nam per solas prin-

1. Tit. ex empt. et vend., p. 12.

cipum constitutiones in eius codice conglobatas atque breviatas, qui fieri potuit, ut universae iuris scientiae satis esset consultum, qui tamen regiarum curarum scopus fuit? —Vaticanarum igitur pandectarum (si fas ita loqui) corpus publicane an privata auctoritate conditum est? Res habere videtur diuturnam et gravem deliberationem: ego autem suspenso heic pede incedo, necubi forte incautior, quamvis in planissimo campo veritatis offendam. Ceteroqui opus ab auctore ethnico scriptum videtur. Illud vero statim legentibus patet, Vaticana fragmenta in eo differre a pandectis Justinianeis, quod hae doctrinas tantum prudentium continent, constitutionibus principum codici reservatis; Vaticani autem operis scriptor responsa prudentium legibus principum interponit. In eo rursus discordia est, quod quum in codice Justinianeo constitutiones tituli eiusdem ex ordine temporis disponantur, noster anonymus nullam temporis rationem sequitur. —Porro haec Vaticana collectio inedita, ut dixi est: quamquam aliquot eius particulae, ut admonitiones meae plerumque docent, cum edito iure congruunt: quippe quae ex iisdem prudentium veterum legumque fontibus manant. Haud tamen semel quae in editis contractiora erant vel inter-

polata, ea nunc in Vaticanis foliis vel puriora leguntur vel integriora. Neque idcirco singulas accessiones lectoribus heic adnumerare in animo est, etsi, ut spero, permultae sunt in prisco iure lacunae, aut vexati loci, aut controversiae, quibus iam integritas novumque lumen accedet. Utique illa pars commentarii *ad legem Cinciam* in primis iucunda erit, quia de tam celebri plebiscito nihil propemodum in iure edito superest.

De codicis palaeographia.

« Post ventilatam de operis aetate probabilem opinionem, quaerendum superest quonam circiter saeculo ipsa codicis scriptura exarata videatur. Atque in primis ne opiner eandem esse aetatem operis quae codicis Vaticani, scholia obstare videntur, quibus margo interspersus est: perquam enim raro accidit ut scriptum aliquod eodem quo gignitur tempore scholiis inlustretur. Neque tamen scholiorum scriptura, licet valde rudis et inclinata, sequiorem arguit aetatem: qua super re cum satis alibi disserui [1], tum certiores omnino nos facit subscriptio illa in S. Hilarii codice basilicae Vaticanae, quae ut commode cum Symmachianae scripturae specimine coniungeretur, operam dedi. Ceteroqui nihil obstat quin

1 Praef. ad Cic. de Rep. et ad Fronton.

textus ipsius scriptura quinti vel sexti saeculi esse dicatur : praesertim quia parum est credibile Vaticanas has pandectas, magnae, ut videtur, molis et sumptus atque laboris, scribi adhuc consuevisse postquam Caesar Iustinianus ceteris omnibus ante se iuris corporibus vim auctoritatemque publicam abrogaverat. Atque haud scio an siglorum quoque tanta copia, quae codicem totum occupat, ante Justinianeae aetatis indicium sit : quia videlicet Iustinianus propter saepe inductas antinomias vetuit per siglorum captiones et compendiosa aenigmata suae certe collectionis textum conscribi. Omnino qui hunc codicem Vaticanum cum Caii codice Veronensi conferent, valde similia scripturae genera esse cognoscent, tum ipsa specie litterarum, tum etiam siglorum numero : nisi forte paulo concinnior Vaticanorum apicum elegantia est.

« Hactenus de illa palimpsesti parte, quae ius ineditum continet; de qua prius quam sileo, id quoque gratus commemorabo, quod dum has reliquias, triennio ante a me detectas atque exscriptas, hoc demum anno imprimendas typis curarem, percommode accidit, ut in bibliotheca Vaticana studiorum suorum causa versaretur vir cl. Fridericus Bluhmius, Hamburgensis iuris con-

sultus, et in Halensi academia doctor; qui doctrinae exquisitae atque humanitatis eximiae iuvenis sponte se mihi adiutorem obtulit ad codicem iterum cum apographo meo conferendum, ad desperatos aliquot locos pervicacia vincendos, atque ad criticam mecum lucem, donec Romae versatus est, recentibus a praelo plagulis impertiendam.

De fragmentis codicis Theodosiani.

« Praeter has ineditas anonymi reliquias operis, alia quoque sunt eodem in palimpsesto fragmenta iuris, de quibus breviter dicendum est. Bobiensis nimirum scriptor folia quaedam admiscuit, ex antiquo codice grandis molis Theodosiano detracta, quae si forte fortuna ad priores libros pertinuissent, quorum nonnisi exilis epitome superest, praeclara esset inventi utilitas; (undecim quippe ampla folia sunt, quibus in palimpsesto complicatis librarius numerum spatio minore duplicavit.) Sed in cognitam partem incidunt.

De fragmento legis Burgundionum.

« In Bobiensi denique palimpsesto unicum quoque folium agglutinatum fuit ex ea quae inscribitur lex Burgundionum : invenustioris equidem, pro barbaricorum temporum more ; sed tamen tantae antiquitatis, ut ab ipsa operis aetate vix distare videatur. Id ego folium aegerrime om-

nium legi propter apices obscuratos atque demersos. Ceteroqui Bobiensis textus cum Ottoboniano, quem dedit Amadutius, collatus longe melior apparet, neque tot mendis, quot ille Ottobonianus, laborat. Desunt praeterea Bobiensi aliquot particulae, unde eorum confirmatur opinio, qui Burgundionum legem interpolatam existimaverunt. »

ADDITAMENTA ET EMENDATIONES.

Pag.
3. n. 1. v. 2. tuam *corr.* suam.
7. n. f. *Adde* : De alterius consulis omissione non infrequenti in subscriptionibus loquitur Zirardinius ad novell. p, 255. sqq.
8. v. 6. augustalis *corr.* amantissime. *Legesis Zirardinium ad novell. p.* 318. 498.
v. 8. memorabunt, *num pro* memorabant?
v. 20. *adde notam.* Cod. iust. IIII. 47. 2.
10. n. b. casum *passive pro* lapsum.
n. 1. Albae Piceni *mentio est etiam apud agrimensores, ed. Goes. p.* 120.
11. v. 23. debemus.
12. v. 7. *corr.* Treu. Acc. *Et in nota* Treueris Accepta.
14. v. 13. *lege* : transferri. Per do lego legatum et per.
15. v. 25. conts *corr.* const.

Pag.
n. d. ususfructus *fortasse pluraliter.*
18. v. 5. *lege ita* nec.
21. v. 6. *lege* usufructu.
23. v. 17. scribunt. *Cod. habet* scr. *Ergo* scribit, *ut in dig.*
24. v. 20. Poterit, *a capite versus.*
27. v. 4. *lege* facit. Sabinus.
v. 22. *lege* ususfructus.
28. v. 6. *lege* aegrotante seruo, infante cuius operae nullae sunt, vel defectae senectutis homine. Nam et si agrum non aremus *etc.*
v. 11. retineat *corr.* retineri.
v. 21. hinc *corr.* hoc nomine.
n. b. *Excidit* utar *incuria amanuensis.*
30. *Verus titulus in membranis est* de re uxoria ac dotibus.
32. v. 4. a fin. *verba* titulo de re uxoria *adduntur in cod. alia manu.*

33. v. 16. aestimauerit *corr.* existimauerit.
marg. p. 99. b. *Adde notam.* Sequentes paginae duae mutilae inscribuntur tantummodo *de re uxoria;* recte an secus non iudico.
37. n. 2. Modestinum *corr.* Ulpianum.
39. v. 23. intra. *Ita cod. sed corr.* ultra.
40. v. 16. *adde notam.* confer infra p. 54.
42. v. 14. *adde notam.* Eadem leguntur p. 54.
v. 16. *lege* iure testamento *sine virgula.*
43. v. 24. potiorem *corr.* potiores.
44. v. 23. praetoris *supple inclinatis litteris* tutelaris.
v. 25. mu *corr.* ho.
45. n. a. *Nempe* rescripserunt. *Nam p.* 84. *a. v.* 18. *legitur* rrrunt.
v. 26. *Dele duas virgulas,*
50. v. 15. aliis. *supple inclinatis litteris* rescripsit.
v. 18. rare prouincialis. *corr.* r a re prouinciali, sed.
v. 24. *supple inclin. litt.* Item an is qui se.
v. 25. nomi*nare possit quaeritur. Et* magis.
v. 27. eli*gere an uelit negare* se.
51. v. 1. nominare; *idque imperator noster Diodoto.*
v. 3. *Item. licet is qui* tutor.
v. 5. quod *corr.* tamen.
v. 14. *Supple in lacuna inclin. litt.* rescripto ad.
52. v. 8. *Supple* patro*na nepoti. Et confer p.* 54.
v. 16. non *corr.* nec.
53. n. d. solum *corr.* solius.
54. v. 22. propter. *Ita scripsi quia codex habet* pp. *Sed malim* praeter.
60. v. ult. *corr.* sollemnitate.
61. n. e. *cod. videtur habere* qs.
62. *Dele notam e.*
v. 9. *Supple inclin. litt.* igitur.
64. v. 25. quando *corr.* quam dele.
v. *penult. Dele* item.
70. v. 5. non dari *corr.* dari non.
v. 9. uideatur *corr.* an uideatur.
71. n. a. pro quo *corr.* pro quod, *ubi non est emendatum.*
n. b. *adde.* haec tamen ipsa scripta fuerant 1. manu, et mox immerito deleta.
73. schol. *lege* sub emptione . . sub . . . us.
76. n. b. in *corr.* ita.
77. v. 28. rescripti *corr.* resti*tui.*

ON TROUVE CHEZ LE MÊME LIBRAIRE :

Thémis ou Bibliothèque du Jurisconsulte ; publiée par MM. Blondeau, Demante et Du Caurroy, Professeurs à la Faculté de Droit de Paris; Jourdan, docteur en Droit, et Warnkoenig, Professeur à l'Université de Liége.

Ce recueil a commencé à paraître en 1819. — Depuis le mois de novembre 1822, et à partir du 5e volume, l'ouvrage est divisé en deux sections : l'une, consacrée à l'Histoire du Droit et à la Jurisprudence des Arrêts, est sous la direction exclusive de M. Blondeau; l'autre, consacrée à la Doctrine des Auteurs et à l'Enseignement du Droit, est sous la direction, également exclusive, de M. Du Caurroy. A chaque section se joint un Appendice ; l'Appendice de la 1re section renferme les nouvelles et annonces relatives à l'état de la science du Droit en pays étranger; celui de la 2e, est réservé aux annonces et nouvelles qui concernent particulièrement la France. Chaque feuille est marquée de l'initiale du nom de celui des Directeurs sous la surveillance de qui elle est publiée.

Une livraison de 3 ou 4 feuilles paraît à la fin de chaque mois, septembre et octobre exceptés; les dix livraisons publiées dans le cours de l'année judiciaire, forment un volume d'environ 36 feuilles.

Le prix de l'abonnement annuel, est de 12 fr. pour Paris, et de 13 fr. 80 c. par la poste, pour les départemens et pour les pays étrangers à l'égard desquels on n'affranchit que jusqu'aux frontières ; l'abonnement coûte 15 fr. 60 c., pour les pays étrangers à l'égard desquels on peut affranchir jusqu'à destination.

On s'abonne au Bureau de Rédaction de la Thémis, *rue Soufflot*, n° 2, *place Ste-Geneviève*, *à Paris*. Le prix de la souscription peut être adressé, franc de port, par la poste, en un mandat, soit sur la poste même, soit sur une personne quelconque domiciliée à Paris.

On peut, en outre, s'adresser pour faire prendre sa souscription, chez les directeurs des postes, et chez les principaux libraires de Paris, des départemens et de l'étranger, notamment à *Paris*, chez *M. Fanjat aîné, rue Christine*, n° 3, et à *Bonn-sur-le-Rhin*, chez *M. Marcus, libraire de l'Université*; qui l'un et l'autre se chargent de procurer tous les livres annoncés dans la *Thémis*.

Les quittances de l'administration auront toutes l'empreinte d'une griffe portant le mot *Thémis*, et les personnes qui auront souscrit ailleurs qu'au *Bureau*, voudront bien n'adresser leurs réclamations, s'il y a lieu, qu'au libraire ou au directeur de la poste, qu'elles auront chargé de souscrire, à moins que la quittance du Bureau même ne leur ait été transmise.

Toute la collection, depuis 1819 jusqu'au 1er novembre 1823, se vend 52 fr. 50 c., prise au Bureau de rédaction.

Juris civilis Ecloga quâ, cum Justinianeis Institutionibus, continentur Gaii Institutionum commentarii IV, Ulpiani Regularum liber singularis, Pauli Sententiarum libri V, et breviora quædam veteris prudentiæ monumenta. — Paris, 1822.

IMPRIMERIE DE E. POCHARD,
RUE DU POT-DE-FER-ST.-SULPICE, N° 14.

EX EMPTO ET UENDITO [1].

. . . *Qui a muliere*‖ sine tutoris auctoritate sciens P. 60. b.
rem mancipi emit, uel falso tutore auctore, | quem sciit non esse, non uidetur bona fide emisse : itaque et ueteres putant, et Sabi|nus et Cassius scribunt. Labeo quidem putabat nec pro emptore eum possidere sed | pro possessore. Proculus et Celsus pro emptore, quod est uerius; nam et fructus suos fa|cit, quia scilicet uoluntate dominae percipit : et mulier sine tutoris auctorita|te possessionem alienare potest. Iulianus propter Rutilianam constitutionem [2] eum qui pretium mu|lieri dedisset, etiam usucapere; et si ante usucapionem offerat mulier pecu|niam, desinere eum usucapere. |

P. [a] lib. III. R. [b] Usurae [c] uenditori post traditam possessionem arbitrio iudicis praestantur | ; ante traditam autem possessionem emptori quoque fructus rei uice mutua praeberi nec|esse est : in neutro mora considerabitur. |

Uenditor qui legem commissoriam exercere noluit, ob residuum | pretium [d] iudicio uenditi recte agit; quo secuto, legi renuntiatum uidetur. |

a Nempe *Papinianus*, ut uidetur. *b* Scilicet *responsorum*. Et quidem infra scribitur *Pap. res.* *c* Cod. *usure.* *d* *ptium*, et alibi *pces*, *interptatio*, ubique scilicet subintellecto *præ* non *pre*; quæ tamen erant corrigenda.

1 Confer dig. XVIII. 1, inst. III. 24, Paul. II. 17, leg. Burg. XXXV.

2 Caius inst. IIII. 35 : *quæ species actionis appellatur Rutiliana, quia a prætore Publio Rutilio, qui et bonorum uenditionem introduxisse dicitur, comparata est.*

Qui die transacto legem commissoriam exercere noluit, postea uaria|re non potest [1].

Pap. lib. III. Res. [a] Aede [b] sacra terrae [c] motu diruta, locus aedificii | non est profanus, et ideo ueniri [d] non potest [2]. |

Mulier seruam ea lege uendidit, ut si redisset [e] in eam ciuitatem unde placuit | exportari, manus iniectio esset. Manente uinculo seruitutis [3], si redierit, | quae uendidit manum iniciet, et ex iure concesso mancipium adducet. Post manumissionem autem | si redierit, in perpetuam seruitutem sub eadem lege publice *f* distrahet | quae uendidit. Si manum iniecerit non liberatae, mancipium retinere poterit ac | manumittere. Adimi quippe libertatem, et publice [g] uenditionem ita fieri placuit, | ut propter pericula uenditores quaeuis [h] metuentes, seruis suis offensam uel duritiam [4] | possint [i] paenitendo [k] remittere. |

*Quo*minus possessio rei uenditae tradatur empti [l] iudicio, decem annorum | praescriptione non inpeditur. |

Euictione circa [m] dolum emptoris et iudicis iniuriam secuta, duplum | ex empti iudicio secundum legem contractus praestabitur. |

Creditor a [n] debitore pignus recte emit, siue in exordio contractus ita conue|nit, siue postea. Nec in-

a Verba *Pap. lib. III. res.* (non *resp.*) scribuntur litteris minoribus inclinatis. *b* Cod. *aedes.* Ita apud Frontonem ed. rom. p. 232 *colas synonym.* pro *cola synonym.*; et in codice concil. chalc. *patisse* pro *pati se.* *c* Cod. *terre.* *d* Ita cod. Sane et in Pii rescripto dig. I. 6. 2. legitur *ueniri*; etsi nonnulli editores praue dederunt *uenire.* *e* Cod. *redisse.* *f* Cod. *publicæ.* *g* Cod. *publicæ.* *h* Cod. *q. u.* superimpositis lienolis. *i* Cod. *possum.* *k* Cod. *penitendo.* *l* Cod. *emptio.* *m* Videtur emendandum *citra.* *n* Cod. *ad*, sed *d* uidetur deleta.

1 Hunc Papiniani locum refert Ulpianus dig. XVIII. 3. 4. §. 2.

2 Extat dig. XVIII. I. 73.

3 Cf. cod. iust. IIII. 55. 3.

4 Cf. dig. I. 6. 2. XLVIII. I. ff. 27.

certi pretii uenditio uidebitur, si conuenerit ut pecu-
nia fae|noris non soluta creditor iure empti [a] domi-
32 nium retineat, cum sortis et | usurarum quantitas ad
diem soluendae pecuniae praestitutam certa sit. ||| P. 60. a.

Iniquam sententiam euictae rei periculum uenditoris non spectare placuit, neque stipula|tionem auctoritatis conmittere. |

Conuenit ad diem pretio non soluto uenditori alterum tantum praestari : quod usu|rarum centensimam
5 excedit, in fraudem iuris uidetur additum. | Diuersa causa est commissoriae legis, cum in ea specie non faenus inlicitum | exerceatur, sed lex contractus non inprobabilis dicatur. |

Ante pretium solutum dominii quaestione mota, pretium emptor restituere | non cogetur, tametsi maximi [b] fideiussores euictionis offerantur, cum [c] ignorans | possidere [d] coeperit. Nam ususcapio frustra con-
10 plebitur anticipata lite, nec | oportet euictionis securitatem praestari, cum in ipso contractus limine dolmini [e] periculum immineat. |

Uenditor [1] si per conlusionem imaginarium colonum emptoris deci|piendi causa subposuit, ex empto tenebitur. Nec idcirco recte defenditur, si quo | facilius excogitatam fraudem retineret *f*, colonum et quin-
15 que an|norum mercedes in fidem suam recipiat : alioquin si bona fide locauit, | suspectus non erit.

Lege uenditionis inempto praedio facto, | fructus interea perceptos iudicio uenditi restitui placuit, quoniam

a Cod. *emptio;* sed *o* deinde expuncta fuit. *b* Ita cod. *c Cum* superadditur. *d* Ante *possidere* scribitur *pata* (tum delctur) post rasuram nidelicet, sub qua prior extitit pars deleti uocabuli, ut uidetur *antici*, nempe *anticipata*. *e* Ita cod. pro *dominii*. *f*. Ita cod.

1 Hic locus usque ad *in fidem tuam recipiat* extat, pau-

cis uariatis, in dig. XVIIII. I. 49. ex epitomis Hermogeniani.

eo iure contractum | in exordio uidetur : sicuti in pecunia quanto minoris uenierit, ad diem pretio | non soluto. Cui non est contrarium iudicium ab aedilibus in factum de reciperando | pretio, mancipio [a] redditur, quia displicuisse proponitur; quod non erit necessarium si eadem | lege [b] contractum hostendatur [c].

Fructus pendentes [1], etsi maturi fuerunt, si eos uenditor post uenditionem | ante diem soluendi pretii percepit, emptori restituendos esse conuenit, si non | aliud inter contrahentes placuit. |

Uino mutato [2], periculum emptorem spectat, quamuis ante diem pretii sol|uendi uel condicione [d] emptionis inpleta id euenerit. Quod si mille amphoras | certo pretio, corpore non demonstrato uini uendidit, nullum empltoris interea periculum erit. |

Euictis agris [e], quanti emptoris interest, iudicio empti lis aestimatur. Quod si ab ini|tio conuenit, ut uenditor pretium restitueret, usurae quoque post euictionem praestabuntur, | quamuis emptor post dominii litem inchoatum *f* fructum aduersario resti|tuat. Nam incommodum medii temporis damnum emptoris est. |||

. . . . . .

P. 61. b. secundum ius in faci . . . . . .

res inquietari sed actione fidu . . . . . .

Ualeriano III. et *Gallieno II. conss.* (255) . . . . . .

Gallienus Aug. . . . . .

pupillorum a credito . . . . . .

cari nullo possunt. Si igitur abs . . . . . .

a Num pro *mancipi?* *b* Cod. *legem.* *c* Ita cod. heic et alibi. *d* Ita cod. Nisi forte dicendum est *condicionem*, et mox *inpletam.* *e* Cod. *agnis.* *f* Ita cod., non *inchoatam.*

1 Cf. dig. XVIIII. 1. 13. ff. — 2 Cf. cod. iust. IIII. 49. 12. 10, cod. iust. IIII. 49. 13.

nita contra uenditionem a cr . . . . . .
qui inquietari te in possess . . . . . *Seculari*
II. et Donato conss. (260) . . . . . .
per Iulium [a] in Ofilium spe. . . . . .
auxilium non potest denegar*i* . . . . . *pe-*
cuniam creditoribus s . . . . . .
habere non potuit in poss. . . . . .
et usurarum, quia in commun . . . . . .
kal. iuliis. Uimina*ci* . . . . . .
Gallienus Au*g* . . . . . .
nandae non sunt. Aditus ita*que praeses prouinciae*. . .
cedente e iussione [b] qui . . . . . .
P P. [c] VIIII, kal. nou. Pa*tauii*. . . . . .
Diocletianus et Max*imianus*. . . . . .
cessationem collation. . . . . .
uera fide conparasti et uen [d] . . . . . .
facta conuelli non d . . . . . .
Diocletianus et Aurel*ius Maximianus*. . . *uio-*
lentia ignis qui nunc per poc . . . . . .
tam dicas si uendition . . . . . .
te non adstringet. PP. . . . . .
Diocletianus Claudia . . . . . .
emptori indemnita . . . . . .
possessionem uenditam esse coe. . . . . .
ex qualitate rei perdoc. . . . . *Diocletiano*
II. et Aristobo*lo* conss. (285) ‖ . . . . . .
. . . tico possessionem pa- P. 61. a.
. . *a*b aliquo directi iuris emp-
tore . . . *Gallieno* V. et Faustino conss. (262)
. . *n*ecessitatibus urguentibus pater

a Cod. *per iulm*, cum lineola super *u*, ita ut esset *uen* aut *uel*. *b* Num scribendum *eius iussione? ius* enim unum fortasse ab altero absorbetur. *c* Nempe *proposita*. *d* Cod. *u* linea superposita. Ergo *uen* aut *uel*.

. . *a*iuis parentibus placuit
. . . familia longa aetate
. . . e PF. [a] urbi. uc. PP. II. kal.
. . . conss.
. . . m Fortunatum militem
. . . e controuersia moueri consti-
. . *i*pso Aug. III. consule.
. . . uendendarum possessionum
. . . i neque alienare eas, neque
. . *A*gricola et Clementino conss. (230)
. . *S*abiniani non oportuit post interpo-
. . . cari praeponere igitur procurator
. . . rationis meae possessiones
. . . ium nec emptor ignora-
. . *o*rdine audietur. PP. kal.
. . . [b]
. . *p*osita in possessione fuisti
. . . iectus inueniris, is erit
. . . uc. pro sua aequitate ad effec-
tum . . *Au*reliano [1] et Basso conss. (271)
*kari*ssime nobis. Tenes tu quidem
*iucun*dissime et lites dirimis
. . . um statutis tuis non cu-
. . . e incipient discedere
. . . uersum euentum sae-
. . . litigabatur insidunt par-
. . . u et interpretationem diuersam
. . . est non censui quasi uero in ea * ‖
*Q. VI. . . . . .

a Praefecto? *b* Pars huius uersus scriptura uacat.

1 Hinc confirmatur primum Aureliani augusti consulatum. hunc esse, non secundum,

aditus conpetens iudex [a], considerato tutelae iudicio, P. 58. b.
eam curabit ferre sententiam, | quam agnitam legibus
esse prouiderit. PP. IIII. kal. sept. Constantino et Li-
cinio | Augg. II. conss. (312.)

Augg. et Caess. Rutiliae Primae. Inge|nuos proge-
nitos seruitutis adfligi dispendiis minime oportere etiam
nostri tem|poris tranquillitate sancitur : nec sub obten-
tu initae uenditionis inlicite [b] | decet ingenuitatem in-
fringi. Quare iudicem conpetentem adire par est, qui
in libe|rali causa ea faciet conpleri quae in huiuscemo-
di contentionibus ordinari consuerunt, secundum | iu-
diciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus.
PP. idib. aug. Romae | Constantino et Licinio Augg.
IIII. conss. (315). |

Augg. et Caess. Fl. Aprillae. Cum profitearis te cer-
ta quantitate mancipium ex san|guine [1] conparasse,
cuius pretium te exsoluisse dicis et instrumentis esse
firma|tum; hoc a nobis iam olim praescribtum est.
Quod si uoluerit liberum suum legitimum [c] recipera-
re, | tunc in eius locum mancipium domino daret, aut
pretium quo ualuisset numeraret. Etiam nunc si | a suis
parentibus certo pretio conparasti, ius dominii te pos-
sidere existimamus. | Nullum autem ex gentilibus [2] li-
berum adprobari licet. Suscripta [d] xii. kal. augg. [e] |
Constantino Aug. III. conss. *f* (313) |

Aug. et Caess. Nulla uerecundiae uel quietis mo-

a Similis locutio ex. gr. cod. iust. V. 25. 4. VII. 21. 1. *b* Cod. *inlicitæ*, quæ lectio ferri poterat. *c* *Legitimum* superadditur. *d* Ita cod. et sic etiam interdum in uetustiss. cod. concil. chalc. *e* Ita cod. quæ lectio ferri potest propter pluratiuum numerum. *f* Ita cum duplici *s* heic et alibi, etsi unus consul nominetur.

1 Intellige infantem recens natum, aut filium a patre distractum. Confer autem cod. iust. IIII. 43. 2.

2 Nempe barbaris.

ra uel quolibet interuallo cunc|tandi passim, nunc singuli, modo populi, proruentes in nostros inobtutus [a], | sic uniformes [b] querellas idem [c] fere sermocinationibus uolutarunt, ut nec | interpellantium credulitati ualeret occurri, nec allegationum qualitas dis|parari, Parens karissime atque augustalis [d]. Pari [e] siquidem exemplo uociferationibus consules, multitudi|nes memorabunt, non iuste *f* res suas esse diuenditas; aliis possidentibus se fis|calia luere : frequenti denique obsecratione delata remedium cupiuerunt. | His sumus ualde permoti, uerentes, ne alicuius calliditatibus aduersabili emo|lumento persuasi res suas uenderent sine censu [1], ac post subsidia nostrae man|suetudinis precarentur *g*; itaque uersutiis calliditatis | commenta miscentibus dum insuarum [h] fallentium non suspicamur ar|cana pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes detrimento | census nocentis leuaremus. Has fraudes, hos dolos, istas argutias [i] | lege prohibemus [2], constitutione sex ludis [k] : et idcirco iustae prouidentiae consul|ta deliberatione sancimus ut omnino qui

a Ita euidenter codex. Sed cod. theod. VIIII. 40. 17 *oblutus*. *b* Ita cod. 2. manu; at 1. *uniformem*. *c* Corr. *iisdem*. *d* Cod. *p. k. alq. a. a.* Porro *a. a* apud Probum ita explicatur. *e* Cod. *paris*, errore credo dictata audientis, ob sequentem *s*. Ita p. 2. *ædes sacra* pro *æde sacra*. *f* Cod. *iustæ*. *g* Cod. *praecarentur* cum explicata diphthongo. *h* Ita euidenter codex. Num pro *insidiarum?* Sed enim *insuasum* apud Plautum truc. II. 2. 16 est *fumidum* uel *obscurum*. Confer Festum uoc. *insuasum* et *suasum*. An igitur etymologia τοῦ *insuasum* diuersa est ab ea quam tradit postremo loco Festus; ita ut *insuasum* sit ab *insua? i* Cod. *argutitas*. Tum ibidem altera *t* expuncta. *k* Ita euidenter cod. Videtur autem corrigendum *excludimus;* nisi quis mauult *constitutiones ex ludis*.

1 Cf. dig. L. 15, cod. theod. XI. 3. XIII. 10, et iust. XI. 57.

2 Hanc fortasse legem respicit Nazarius in fine panegyrici Constantino dicti : *nouæ leges regendis moribus et frangendis uitiis constitutæ. Veterum calumniosæ ambages recisæ captandæ simplicitatis laqueos perdiderunt* etc.

conparat, rei conparatae ius cognos|cat et censum : neque liceat alicui rem sine censu conparare uel uendere. In|spectio autem publice [a] uel fiscalis esse debebit hac lege, ut si aliquid sine censu ue|nierit, et post ab aliquo deferretur [b], uenditor quidem possessionem, conparator uero id quod dedit pre|tium fisco uindicante deperdat. Id etiam uolumus omnibus intimari, nos|trae clementiae placuisse, neminem debere ad uenditionem rei cuiusli|bet adfectare et accedere nisi eo tempore, quom [c] inter uenditorem et emptorem| contractus sollemniter explicatur, certa et uera proprietas [d] uicinis praesentibus de|monstretur; usque eo legis istius cautione currente, ut etiamsi subsellia, uel,| ut uulgo aiunt, scamna [e], uendantur, hostendendae proprietatis probatio | conpletur. Hinc *f* etenim iurgia multa nascuntur, hinc proprietatis iura te|merantur, hinc dominiis uetustissimis molestia conparatur, cum caecitate | praepropera, et rei inquisitio*ne g* neclecta [h], luce ueritatis omissa, nec perpetuitate | cogitata dominii, iuris ratione postposita, ad rei conparationem accedunt, | omissis omnibus, dissimulatis adque neclectis, id properant adque festinant | ut quo quo modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et uenditorem sollemnia cele|brentur : cum longe sit melius, sicuti diximus, ut lucem ueritatis, fidei | testimonio, publica uoce, subclamationibus populi, idoneus uenditor | adprobet [i], quo sic felix conparator

p. 58. a.

a Cod. *publicæ*. *b* Malim *deferetur*. *c* Ita cod. *quom*, lineola superposita. *Qom* quidem apud Petrum diac. significat *quomodo*. Ego heic malim *quo*. *d* Cod. *propriaetas*, haud semel, sel non semper. *e* Notemus uerbum illa aetate subrusticum, quum tamen sit classicum. *f* Cod. *hunc*, sed paulo post *hinc*. *g*. Cod. *inquisitio*, absorpto *ne* a sequente simili. *h* Ita cod. *i* Cod. *adprobetur*. Nempe pro *ur* est in codice de more apex quidam curuus. Hanc si lectionem retines, dic supra *luce* pro *lucem*.

adque securus aeuo diuturno persistat; quod pro quiete | totius successionis eloquimur, ne forte aliquis uenditor suum esse dicat quod | esse constat alienum. Ita conparator, malo uenditore deterior, incautus et | credulus, cum testificantibus uicinis omnia debeat quaerere, ab uniuersorum | disquisitione dissimulet, quoniam sic oporteat agere ut nec illud debeat requiri quod ex iu|re dicitur si a domino [a] res uendita sit. Ita ergo uenditionum omnium est tractan|da sollemnitas, ut fallax illa et fraudulenta uenditio paenitus sepulta | depereat. Cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti | circumspectione quaesita per uniuersas successiones tuto decurrant; neque | aliquem ex inprouidentia casum [b] malignae captiones obruant [c]. Dat. [d] IIII. | kal. sept. ap. FF. [e] ad correctorem Piceni Aquileia. Accepta XIIII. kal. oct. | Albae [1]. Constantino Aug. III. conss. (313). |

Augg. et Caess. Basso. Ualentinus perfidiam et [f] maxime queritur quia de | illo [g] a tutore processit, a quo aliquid in fortunas suas perniciossissimum profi|cisci minime omnium decebat. Exuperantius. uc. si tantum auun|culus Ualentino esset, nequaquam in Ualentinum peccare deberet, qui non ||

. . . . . .

P. 63. b. uidelicet acta non donum quam. . . . . .
fiduciam sibi esse seruatam. . . . . .
obnoxia conparator acced. . . . . .
num proinde posthac saltim. . . . . .

[a] Cod. *si ad omnino.* [b] Dic *casuum*, uel *casu.* [c] Cod. uidetur *orrcant.* [d] Scilicet *data.* [e] Num explicandum *apud fiscum frumentarium?* [f] Num *eo?* [g] Ita cod.

1 Albae nominatim Piceni u- nus fortasse hactenus memine- rat Procopius goth. II. 7.

fraudesque talia dissemina . . . . . .
centur nullus aditus fictis. . . . . .
dolis relinquatur ingenui . . , ...
ad prouincialium preces dudum [a] est con. . . . . .
satis facere uel nollent pub . . . . . .
summa releuaret iam nunc i. . . . . *per-*
spicue lege sancire ut quaecumque . . . . . .
fiscalibus debitis luxu ac ne*quitia*. . . . . .
fundis atque mancipiis uel in quibus. . . . . .
auctore uendantur et ut perpetu . . . . . .
cem sub hastae sollemni*tate* . . . . . .
in his utitur uenditoris quae ob d . . . . . , ...
gi uel permissu iudicum distr. . . . . .
emolumenta malle quam debita . . . . . .
penes perditos maneant sib . . . . . .
nere contractuum tergiuersationum . . . . . .
iuterpretationis iusidias pertimes . . . . . .
talis accesserit ignauorum . . . . . .
dixit [b] umquam quo fisco facta uenditio est . . . . . .
hiis quae contra utilitatem prouision . . . . . .
magisque obreptiui praerogati . . . . . .
latur cum haec sit commissa se c . . . . . .
adque luxuriam ferre debem . . . . . .
lucana saepius uina rede . . . . . .
per somnum et gulam atque la*sciuiam* . . . . . .
alienare uelle nec posse defendi . . . . . .
mus est ita status debet esse fe . . . . . .
concedit qui et in satisfactio ‖ . . . . . .
. . . nitas, nisi forsitan hi copiam P. 65. a.
. . . que repetendi cum in praeteritum

a Ita emendatur in cod. quum prius fuisset *dedum*. *b* In cod. est tantum *d*, linea traiecta qua nota significatur alibi *dixit*, tum etiam *diuus* aut *deus*. Tamen heic dubitabam num potius linea traiecta fuerit ob delendam litteram.

. . . uis omnium rerum multis ex
. . . do aliquid eorum pro fiscalibus debi-
tis . *facul*tas in omnem intercipiatur aetatem
. . . o res obnoxiae necessitatibus
. . . pius respexere leges, quia paren-
. . . ut desidia mereri posse secre-
. . . IIII. id. nou. Treu. acc. [a]
. . *Ualentiniano* nobilissimo puero et Uictore conss. (369)
. . . P [b] R. PU. Lug. prim. [c] Modesto et Ha-
rintheo conss. (372.)
. . . bus tantum praedii rustici sit interdicta
. . . nullum debitum doceatur haec
. . . supplicans Eugrafius memo-
. . . ad speciem fuerit ementitum
, . . a res gesta probatur, ut precibus continetur
. . . fuisse suggerit, Fauste karissime, aes-
tima . . rem sit an in rem eius uersum
. . . si res minori profuisse potuerit
. . .
. . *emp*tio et uenditio bonae fidei auctori-
. . . plic. memorant raptis adque
. . . t terroris iniectum ut ei casula
. . . scinderet uitesque inspectori
. , . bonam fidem gestam in possessionis
. . *a*uxilium iure congruum ita faciat
. . . a aestimet. Dat. prid. non.
. . .
. . . te patris ut Maximus adserit
. . . conparata omnium heredum conmu-
. . . suam quoque consortes obtineant |||

a Nempe *Treueris accepta.* *b* Pro *P* uideor mihi uidere reliquias litterae *R.* Sed quid significarent heic duae *R?* *c* Nempe *praesidi prouinciae lugdunensis primae*, ad quem datur lex Constantini cod. theod. XI, 3, 1.

DE USU FRUCTU.

8. b. Diocletianus et Ma‖x. Constantius Tannoniae Iu- P. 87. b.
liae. Usum fructum locari | et uenundari posse a | f|ructuario, nulli dubium est. Proinde, si uendente filio tuo | possessionem, etiam tu cer‖o | pretio usu fructu proprio cessisti, quem testamento mariti tui relictum | esse proponis [1], quandoquidem em|p|torem contractus fidem commemores minime custodire, aditus | Aelius Dionisius [a]. uc. amicus ‖ noster [b] id tibi faciet repraesentari, quod te constiterit iure deposcere. | PP. VI. id. mart. Carthagini [c] Fausto II. et Gallo conss. (298). |

Aurelio Loreo, cui et ‖ Enucentrio. Fructuario superstite, licet dominus proprietatis rebus humanis c‖ximatur, ius utendi fruendi non tollitur. Subscripta V. id, feb. Sirmi A‖ug. [d] V. et IIII. conss. (293)

Cl. Theodoto. Habitat‖io morte finitur; nec proprietatem ea, quae habitationem | habuit, legundo [e] per ui| |licationem uel debitum negandum testamento, creditoris | actionem excludit. Su|L|scripta ·IIII· kal. oct. Uiminaci Caess. conss. (294)

. . . [2] lib. II. R. Aur. Felici. Fr‖uctus ex fundo per uindicationem pure relicto post aditam | hereditatem a legatar‖io perceptos, ad ipsum pertinere. Colonum autem cum herede ex | conducto habere actione|m|.

a Ita cod. *i* pro *y*. *b* Cod. *a*. *n*, imposita *o* super *n*. *c* Ita cod. *d* Ita cod. pro *Aügg*. *e* Ita cod. pro *legando*, ut est in cod. iust. III. 33. 11.

1 Cf. dig. XXXII. 2. 2 Papinianus? aut Neratius?

Paul. lib. II. Manualium ex tribus. Tametsi usus|fructus fundi mancipi n||on sit, tamen sine tutoris auctoritate alienare eum mulier | non potest, cum aliter quam in iure ced||endo id facere non possit; nec in iure cessio sine tutoris | auctoritate fieri possit. I-|| demque est in seruitutibus praediorum urbanorum.

Idem lib. I. Manualium. || Actio de suo fructu [a] hisdem modis perit quibus ipse usus|fructus, praeterquam non utendo. || Pecuniae quoque usus fructus legatus per annum non | utendo, quia nec usus fruc||tus est, et pecuniae dominium fructuarii, non heredis, est.

Item. Per mancipationem ded|u|ci ususfructus potest: non etiam transferri per " do lego „ | legatum. Et per in iure ce||ssionem et deduci et dari potest. Item potest constitui; et factum || est [b], uel communi diuidundo iudicio legitimo. | In re nec mancipi per traditi||onem deduci ususfructus non potest, nec in homine si peregri|no tradatur. Ciuili enim action|e| constitui potest, non traditione, quae iuris gentium est.

Item. Ad certum tempus e||t in iure cedi et legari, et officio iudicis constitui potest. |

Item. Ex certo tempore l||egari possit an in iure cedi uel an adiudidari possit, ua|riatur. Uideamus ne non pos||sit; quia nulla legis actio prodita est de futuro.

Item. In mancipatione uel i||n iure cessione an deduci possit uel ex tempore uel ad tempus, uel ex condicione, || uel ad condicionem, dubium est: quem ad modum [c], nisi [d] is, cui in iure ceditur [e], ||| dicit, F. 87. a. " aio hunc fundum meum esse deducto usufru|c|tu ex P. 88. a.

a Ita cod. Sed corrige *usufructu*. *b* Pro *et factum est* uidetur scribendum *familiæ herciscundæ*. *c* Cod. *q. a. m*, totidem lineolis superimpositis. *d* Videtur corr. *si*. *e* Hæc pagina habet uersus tantum 31.

kal. ian. ,, ; uel, " deducto | usufructu usque ad kal. ian. decimas ,, : uel, " aio hunc fu|n|dum meum esse deducto usufructu, si nauis ex Asia uenerit ,, : item in mancip|a|tione : " emptus mihi est pretio, | deducto usufructu, ex kal. illis usque ad kal. illas ,, : |e|t eadem sunt in condicione. | Pomponius igitur putat non posse ad certum tempus deduci, nec per· |i|n iure cessionem, nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. E|go didici, et deduci ad | tempus posse; quia et mancipationem, et in iure cessionem || lex ·XII· tabularum confirmant [a]. | Numquid ergo et ex tempore et condicione deduci pos|s|it? sequitur ut et legatum de|duci ad certum tempus possit. |

Adquiri nobis potest ususfructus et per eos quos in po|t|estate manu mancipioue habemus [1] : sed non omnibus modis, sed legato, uel si |here|dibus illis institutis de|ducto usufructu proprietas legetur. Per in iure cessi||onem autem uel iudicio fa|miliae herciscundae non posse : uel [b] mancipationem ita potest, |u|t nos proprietatem quae | illis mancipio data [c], deducto usufructu, remancipemu||s. |

